

de Karlistat .xlv. mc. fertone minus. It. domino H. de Helderungin .l. mc. It. Hermanno de Groist .x. mc. It. Helwico marscalco .x. mc. pro expensis nuntiorum. It. sculteto de Smalkaldin pro vino .iii. mc. It. Arnoldo de Webirstete .vi. mc. et fertonem pro vino. It. Hartungo magistro coquine .v. mc. Summa .iii. m. .ccc. tribus mc. minus. Testes hujus computationis et summe sunt prepositus Robertus prothonotarius et magister Albertus, socius suus; Helwicus marscaleus; que facta sunt apud Smalkaldin, vii. Idus Decembr. in estuario contra hospitium domini regis.

Item proxima die circumcisionis dom. presentata fuerunt michi magistro Hugoni apud Leodium in domo villici Lambertii tria milia mc. .c. minus, de quibus dedi de mandato domini pape domino S. archiepiscopo Moguntino .m. cc. mc. It. dedi civibus Erfordensibus Hartungo Hotirmanno et Hugoni Longo .dc. mc. It presentavi Helwico marscalco in Wartbure per Heidenricum magistrum coquine .m. lxx. mc. Reliquias xlviii. mc. distribui .ii. mc. pro serico domine regine; ii. mc. pro somario; viii. mc. eidem magistro coquine pro equo et vestibus; michi magistro Hugoni .i. mc. pro panno ad vestes; it. michi eunti in Bauwariam post dominum regem .v. mc. ad expensas. It. domino Friderico de Sleita .xxx. mc. pro remuneratione et expensis suis et nostris quia conduxit argentum. Testes hujus sunt mag. Albertus socius prepositi Roberti, dictus magister coquine, Ekehardus de Wangeheim.

Summa totius computationis est .xiiii. milia mc. xxx. minus, que deficiunt propter particularem distributionem.

‘Pergamentstreifen von 16 Zoll Höhe, 6 Zoll Breite; an einem ausgeschnittenen Zipfel hängt das kleine parabolische Siegel des Mag. Hugo mit einer sitzenden Mutter Gottes und der Umschrift: S. magri. Hugonis. ppti. in. Ordru. Die Sätze sind zu verschiedener Zeit geschrieben.’

---